Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ymn. Parma iustitiae induitis dei commendemur nos in ipsos
in multa patientia. eui. Quod uni ex minimis meis
fecistis mihi fecistis dicit dns. fr. tercia.
Nunc igitur fili adquiesce consiliis meis. et pgens
ad gregem affer mihi duos hedos optimos ut
faciam ex eis escas patri tuo. quibus libenter
uescatur: quas cum intuleris. et comederit be
nedicat te priusquam moriatur. Cui ille re
spondit. ecce frater meus esau hir mis homo pilosus est.
et ego lenis. Si attrectauerit me pater mis et sen
serit. timeo ne putet sibi uoluisse illudere.
et inducat super me maledictionem pro benedic
tione. Ad quem mater. in me sit ista
maledictio. Tantum audi uocem meam. et pgens affer
que dixi. abiit et attulit de greg matri.
a. Domus mea domus orationis uocabitur. In eug.
a. Accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanabat
omnes. a. Scriptum est enim quia domus mea domus ora tio
nis est cunctis gentibus: uos autem fecistis eam spelunca lat
ronum. et erat cotidie docens in templo. fr. quarta.
Parauit illa cibos sicut nouerat uelle patrem
illi. et uestibus esau ualde bonis quas
apud se habebat domi induit eum. pelliculas
quoque hedorum circumdedit manibus et colli
nuda protexit. Dedit pulmentum et pa
nes quos ceterat tradidit. Quibus illatis
dixit. Pater mi. at ille respondit. audio.
Quis estis fili mi. Dixit itaque iacob. Ego
sum primogenitus esau. feci sicut precepisti
mihi. Surge sede et comede. de uenatu